

2160. LIBERTAS NON EST TENDENTIA SINE IMPEDIMENTO

Vorläufige Datierung: um 1692

Überlieferung:*L* Konzept: LH IV 4, 3b, Bl. 11. 1 Bl. 8°. 2 S.5 *E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 487.

bearbeitet von Stephan Meier-Oeser u. Henrik Wels

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Die erwähnte französische Dissertation konnte bislang nicht nachgewiesen werden. Wir übernehmen die Datierung des Ritter-Katalogs.

[Thematische Stichworte:] libertas; tendentia; impedimentum; electio; spontaneum

10 [Einleitung:] —

In quadam Dissertatione Gallica Manuscripta perelegante audio Libertatem definiri tendentiam sine impedimento: sed loquendo more recepto libertas in voluntate paulo alia ratione sumi solet; neque enim negamus eum liberum esse, qui viribus caret, efficereque non potest ea quae vult, seu ad quae tendit. Nam cognitis suis viribus deliberare debet atque eligere inter ea
15 quae potest: quo sensu aequè robustus ac debilis, aequè impeditus in agendo ac non impeditus liber erit. Cogitavi tamen an non notio tendentiae et impedimenti aliquo modo huc applicari possit. Nam recepto usu liberum est spontaneum cum electione. In spontaneo tendentia est seu principium agendi, in electione posset intervenire impedimentum, cum scilicet turbamur in deliberando. Ita qui passionibus turbantur, dicentur aliis minus liberi esse.

20 Quod ait autor ingeniosus hominem tendere ad felicitatem, habet aliquid dubitationis. Ad jucundum tendit, ut lapis ad centrum. Sed felicitas est jucunditas qualem ratio recta jubet quaeri, quae scilicet est durabilis, quae non praecipitat dolores multo majores. Sed tale objectum tendentiae nostrae assignari statim et originarie non potest, non magis quam lapidi ut tendat ad viam optimam versus centrum, neque in medio impingat et frangatur. Superveniens
25 autem ratio et experientia tendentias originarias hominis seu prima naturae moderatur, quod in Lapide locum non habet.

13 enim *erg.* *L* 17 Nam (*I*) vulgo (2) recepto *L* 22 praecipitat | in *gestr.* | dolores *L* 22 Sed (*I*) talis tendentia (2) tale *L*

11 Dissertatione Gallica Manuscripta: nicht nachgewiesen.